cis quidam hos versus obtulisset idem Lampridius refert quod hæc carmina quoque reseripsit.

*Pulchrũ quod putas esse vestrũ regẽ*
*Vulgari miserande de fauẽlla*
*Si verum putas esse non irascor*
*Tãtũ tu comedas velim lepusculos*
*Vt fias, animi malis repulsis*
*Pulcher, ne inuideas liuore mentis.*

Cum igitur alimenta præcipuam habeant nutriendi facultatem, alimentis tribuenda est alimentatio, præterea nos nostras expensas quærimus, quæ in meliore effecta reperiuntur. Nec dubitãdum est impendisse eum necessario, qui alimenta præstiterit, nanque si hæc ipsa negasses, necasse videri potuisses. Ex iuris nostri dispositione instar eius qui prædia vrbana vel rustica negligẽtia sua peiora effecit. Quanto peiora facta sunt ęstimatione facta damnatur. d.l.ei qui. §. fina. ff. de peti. hęre. l. quod si nollit. §. si mancipiũ. versic. culpam. l. cum autem. versi. re adhibetur. ff, de edili. ædicto. vbi glo. & Alberic⁹, Tiraquel. de retract. lignagier in fin. num. 68. & num. 70. Cagnolus in. l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. quæst. 84. num. 239 Pinel. in. l. 2. C. de rescinden. vend. par. 2. cap. 3. num. 34. Ludouic. Molina in tract. de Hispano, primog. lib. 1. c. 27. num. 1. post Grego. Lop. in. l. 7. titu. 9. par. 6. & Petr. Peralt. in. l. 3. §. qui fideicõmiss. à nu. 43. & 44. ff. de hæred. institu. De quo nobis agendum est adde quod in iure æquiparatur reparatio domus & alimentatio serui. dict. l. sed an vltro. versi. non autem negocia. §. 1. ff. de negocijs gestis, Nec tam subtilem & philosophicam inuestigationem forensis vsus recipere solet, pesimèq; alimenta præstitare petenti obijcies de natura tam longam, tam difficilem, tamq; subtilem disputationem: planius forenses causæ agendæ sunt, quamuis subtilissimè indagari debeant. * vt enim inquit Martianus Iurisconsultus in. l. sicut re. §. si debitori. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca soluatur. *Hæc subtilitates à iudicibus non admittuntur.* *

Aliter aliud agẽs soluit doctissimus Couarru. in regula peccatũ. 2. par. §. 6 nume. 3. vbi ferè tenet tertiã solutionem de qua agimus cum glo. in d.l. 1. & in d.l. domũ scilicet d.l. 1. habere locũ in fure, in quo diuersa ratio est, & in alijs malæ fidei possessoribus, additq; rationẽ, scilicet, quod in pœnam delicti priuentur impensis necessario factis, idque efficere iniuriosam rei alienæ occupationẽ, in alijs autẽ malę fidei possessoribus, in quibus non reperitur violenta illa & iniuriosa cõtrectatio rei alienæ conseruari impensas necessarias, quia etiã si mala fides reperiatur absit tamen violẽta inuasio. Quæ solutio præter glo. prædictã est Bal. in d.l. 1. & sequitur præter eum Greg. Lop. in. l. 44. tit. 28 par. 3. & adiubatur ex eo quod adduxim⁹ ad. l. si seruus seruũ. §. oliuã. ff. ad. l. aquil. c. 1. s̃. nu. 13. & ad d.l. si seruus seruum. sensit & tenuit hanc distinctionem idem dominus Frãciscus Sarmiẽto d.l. 1. c. 10. nu. 33. vbi in fine testatur q̃ necessariæ expẽsæ seruãtur prædoni, & adducit d. l. planè. ff. de pet. hære. & est resolutio tollerabilis & iuri cõsona, mala enim fides prædatoris & furis lõge. alios effectus habet in iure, q̃ eius malæ fidei possessoris qui vel à fure causam habet. l. etiam si putauit. §. sed si quis sciens. ff. de peti. hæredi. *Sed si quis sciens inquit Vlpianus alienam emerit hæreditatem, quasi pro possessore possidet, & sic peti. ab eo hæreditatẽ quidam putant, quã sententiam nõ puto veram, nemo enim prædo est, qui prætium numerauit, sed vt emptor hæreditatis vtili tenetur:* Videsigitur hic apertam differentiã, nãque hic etiã si malæ fidei possessor sit, qa sciens hæreditatẽ alienã emerit. Tamen hæc

© 2011 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación